

devotissime omni tempore laborarunt. Nos vero eius præclara vestigia, in quantum possumus, imitari volentes, cognita fide et puritate, qua^a monasterium sanctę Florę et Amideus eius venerabilis abbas apud imperium fideliter semper habuerit^a, notum facimus universis imperii fidelibus, per Tusciam constitutis, presentibus et futuris, quod nos^b auctoritate imperiali et nostra damus et concedimus plenam potestatem abbati sanctę Florę edificandi et construendi castrum in Galognano ad honorem dei et imperii et ecclesię sanctę Florę et quęcumque hedificia vult in flumine Arni. Quocirca Aretinis consulibus et toti populo per debitum iuramenti, quod domino imperatori fecerunt, et sub pęna centum librarum districte precipimus, pariter et Talsanensibus et universis capitaneis et valvasoribus per Aretinum comitatum constitutis, ut iamdicto abbati in prædicto castro de Galognano et in cęteris bonis et possessionibus suis et in construendis hedificiis in Arno nullam molestiam, nullam iniuriam nullumque impedimentum de cętero inferant vel inferri sinant. Si quis vero contra hoc nostrum mandatum facere presumpserit, reus erit imperatorię maiestatis et sub banno domini imperatoris positus pęnam centum librarum incurrat, dimidiam partem persolvendam fisco imperiali, dimidiam prædicto abbati.

Datum apud Arettium^a anno millesimo 165, indictione 13, 16. kal. Martii, regnante domino F. Romanorum imperatore serenissimo, regni eius^c 12¹, imperii vero eius 10.

Reichskanzler und Legat Christian bekundet die Erstattung genannter Güter, die auf richterlichen Spruch erfolgt ist, als sein hochbelobter Propst Adenulf zu Borgo San Genesio über deren Entziehung vor ihm geklagt hat; erlässt einen Befehl, welcher dem der folgenden Urkunde ähnlich, nur weniger ausführlich ist.

1165 Februar 22, Arezzo.

Cristianus dei gratia imperialis aule cancellarius atque legatus.

Imperialis equitas iustitie ad hoc nobis in Italia vicem

a) Sic. b) *quod nos* unleserlich. c) Ohne anno.

1) Am 9. März 1165 ging schon das 13. Königsjahr zu Ende; aber das 12. entspricht der in der kaiserlichen Kanzlei üblichen Rechnung. Vgl. die folgende Urkunde, wie auch die beiden, die ich unter 'Borgo San Sepolcro' veröffentliche.